



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Flos Pietatis Matutinæ, Diurnæ, Vespertinæ

Monasterii Westphaliæ, [ca. 1735]

Litaniæ Lauretanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46598)

Oremus.

DEus qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere, Per Christum &c,

Litania Lauretana B. V.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miserere nobis.

Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis.

Spiritus sancte Deus, miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.

Sancta Maria, ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix,

Sancta Virgo Virginum,

Mater Christi,

Mater divinæ gratiæ,

Mater purissima,

Mater castissima,

Mater inviolata,

Ora pro nobis.

Ma.

Mater intemerata,
 Mater amabilis,
 Mater admirabilis,
 Mater Creatoris,
 Mater Salvatoris,
 Virgo prudentissima,
 Virgo veneranda,
 Virgo prædicanda,
 Virgo potens,
 Virgo clemens,
 Virgo fidelis,
 Speculum justitiæ,
 Sedes sapientiæ,
 Causa nostræ lætitiæ,
 Vas spirituale,
 Vas honorabile,
 Vas insigne devotionis,
 Rosa mystica,
 Turris Davidica,
 Turris eburnea,
 Domus aurea,
 Fœderis arca,
 Janua cœli,
 Stella matutina,

Ora pro nobis.

Sa-

Salus infirmorum,
 Refugium peccatorum,
 Consolatrix afflictorum,
 Auxilium Christianorum,
 Regina Angelorum,
 Regina Patriarcharum,
 Regina Prophetarum,
 Regina Apostolorum,
 Regina Martyrum,
 Regina Confessorum,
 Regina Virginum,
 Regina Sanctorum omnium, ora pro
 nobis.

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
 Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
 Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
 Miserere nobis.

Sub tuum praesidium confugimus san-
 cta Dei Genitrix: Nostras depreca-
 tiones ne despicias in necessitatibus no-
 stris; Sed à periculis cunctis libera nos
 semper, Virgo gloriosa & benedicta,

Do-

Domina nostra, Mediatrix nostra, Advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia, tuo Filio nos commenda, tuo Filio nos repræsentata.

ʒ. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.

ꝛ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

GRatiam tuam quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, ut qui Angelo nunciante, Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per Christum &c.

ʒ. Ora pro nobis beatissime Joseph.

ꝛ. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SANCTISSIMÆ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus Domine meritis adjuvemur; ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione doneatur. Qui vivis & regnas Deus in sæcula sæculorum, Amen.

EXA-